UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Index Baldi Pervsini. I. V. D. In prælectiones in totum Codicem Iustinianeum locupletißimus

... In Qvartvm Et Qvintvm Codicis Libr. Praelectiones / Additionibvs Philippi Decii ...

Baldus

Lugduni, M.D.LXI.

Dote cauta non numerata.

urn:nbn:de:hbz:466:1-95990

Visual Library

3
¶†Tertio no.[a] ex gl. qđ prouiſio hominis tollit prouiſionē legis
a naſcituram, ſed non natam: qꝛ non preſumatur renuntiari iuri que-
4 ſito. ¶†Quarto not. ex gl. ꝙ prouiſio ſingularis in dote, non tollit
prouiſionem iuris. qđ eſt valde no. licet ſecus ſit in rebus parapher-
nalibus. ¶In text. ibi, manere. quantū ad inſeparabilem actionem.
¶In tex. ibi, mouere. quo ad exercitium. In tex. ibi, exigenda. quia
apparebat de mandato tacito per traditionem inſtrumētorū. qđ eſt
no. dignum. ¶In tex. ibi, cōtentā. qꝛ prouiſio ſpecialis derogat ge-
nerali: qꝛ prouiſio hominis ordinaria, tollit prouiſionem legis ſubſi
5 diariam ⁊ extraordinariam, ſcđm doct. ¶†In text. ibi, ſecuritate.
b argu. ꝙ quando [b] procurator reſtituit [c] inſtrumenta dño dominus
c cōpellatur ei facere inſtrumentum de ſuſcepto, id eſt de reaſſigna-
tione ipſorum inſtrumentorū. qđ no. pro officialibus, qui reaſſignāt
libros ſucceſſori, vel alteri officiali. quod idem poſſunt petere. ⁊
idem in mercatoribus. quod not.

¶De dote cauta non numerata. Titu. xv.

¶Lex prima.

Dotem numeratio. Dos nuda cōfeſſione non cōſtituitur: ſed numeratione. h. d.

¶Lex ſecunda.

Quod de ſuo. Licet nō interueniat traditio: ſi interuenit id quod per traditionem habet confirmare donationem inter virū ⁊ vxorem, morte donatoris confirmatur. h. d. Et hic mirabiliter. gl. l. papi. de dona. inter vir. ⁊ vxo. h. d. ſm glo. ⁊ eſt no. ſm Bar. vel hic non agitur vi donationis, ſed vi dotis, in quam eſt conuerſa donatio. Adde quod dixi in. l. ſi liberis. de dona. ante nup.

¶Lex tertia.

In dotibus. Exceptio non numerate dotis debet opponi intra annū a die matrimonij morte vel repudio diſſoluti. h. d. ¶In text. ibi, vna cum marito. no. hic expreſſum. ꝙ plures rei principaliter obligati poſſunt fieri in dote. Non obſt. j. ne fide. do. den. in rubro ⁊ nigro: qꝛ ibi non erant principaliter obligati. quod no.

¶De donationibus inter virum ⁊ vxorem. Tit. xvj.

¶Lex prima.

Bona quondam. Licet fiſcus occupet bona vt vacātia: tamen donatio facta in vxorem vires non perdit. h. d. Et probat hec. l. ꝙ huiuſmodi donationes[d]
d
e non requirunt aditionem [e] hereditatis. hoc idem probatur. ff. de leg. ij. l. ſequens queſtio.

¶Lex ſecunda.

Si ancillam. Miles nonpōt donare focarie id eſt cōcubine. h. d. ¶No. ad illos qui facıunt inſcribere inſtrumenta nomine cōcubine. ¶In tex. ibi potuerit. niſi in caſu, vt. j. eo. l. ſi ex volūtate. ⁊ eſt ratio: qꝛ per illicitū matrimonium non contrahitur cōcubinatus. ¶In tex. ibi fictiſqꝫ adulationibus. not. ꝙ concubine ſunt adulatrices. ¶In gl. l. donatio. in ver. quod feciſſe. ibi. Item timeo. no. iſtam glo. ꝙ ibi
f requiritur mors [f] eius qui authoratur donationi, ſicut mors donatoris in donationibus que morte confirmantur. Tu dic de hoc vt no. per Dyn. j. de dona. cau. mor. l. nec fratris. vbi per Cyn. ⁊ ille paſſus eſt multum not.

¶Lex quinta.

Si vt proponis. Donatio inter coniuges diuortio infirmatur, vel eorum reſpectu inter prohibitos diuortio infirmatur. h. d.

¶Lex ſexta.

Etiam ſi vxoris. Licet vir deponat rem nomine vxoris: non perdit dominium: ⁊ donatio facta vxori, ſi vxor premoritur,
g reuocatur. Item quicquid [g] acquirit vxor conſtante matrimonio de bonis mariti preſumitur. h. d.

¶Lex ſeptima.

Si ex volūtate. Vxor illicita [h] viro donare non poteſt effectualiter: nec etiā poteſt talis donatio confirmari. h. d. Et no. hunc notabilem caſum.

¶Lex octaua.

Si fructus. Fructus cōſumpti ex cā donationis, nō veniunt reſtituēdi: ſꝫ extātes ſic. h. d. iſta. l. niſi vxor[i] tueatur ſe nō vi donationis, ſed iure poſſeſſionis. quod dic vt glo. dicit. ⁊ quod ipſa dicit referas ad conſumptos, ex quibus eſt facta locupletior.

Lex nona.

Et ſi de tua. Licet maritus emat rē vxori de pecunia ſua: tamen queritur vxori dominiū. h. d. nota. ⁊ hoc in. l. ſi filij. j. eo. ⁊ ibi videbimus.

1 Clericus licet committat delictum, propter quod veniat deponendus. non debet ſpoliari per vim, ſed demum cauſa cognita.
2 Separatorum ſeparata debet eſſe ratio.

¶Lex decima.

Si maritus. Spoliatus ante oīa eſt reſtituendus: ⁊ ſub pretextu criminis non debet quis inuadere poſſeſſionē alterius de facto. h. d. Vel ſic obiectus criminis non impedit, quin ſpoliatus ante oīa ſit reſtituendus. h. d. ¶In tex. ibi liberalitatis. i. donationis. ¶In text. ibi, a criminatione. ſ. obiecta. ¶In tex. ibi, ſeparata ſit. i. quando veniunt ex eadē cauſa. ⁊ ſic non ob. ff. de publi. iud. l. interdum. Jac. butr. Iſta ergo. l. fundat ſe pro ſpoliato duplici ratione. primo, qꝛ cauſa ſpoliationis eſt priuilegiata: nec dꝫ retardari pretextu criminis obiecti. Scđo: quia crimen obiectum erat ex diuerſa cauſa. ⁊ ſic nō
1 ob. l. quoniam. ſ. de ordi. iudic. ¶†In hac. l.
k eſt caſus. ꝙ licet aliquis cleric⁹ [k] cōmittat aliquod delictum, propter quod veniat deponendus, vel ſi fiat depoſitio ipſo facto: tamen non dꝫ ſpoliari bñficio p vim, ſed dꝫ ſpoliari cauſa cognita, ſicut hic. ſi verū erat quod iſta vxor toxicaſſet maritum ſuū, debebat ei auferri donatio: non tamē per vim, ſed in iudicio.
2 ¶†Not. hic quod ſeparatorum ſeparata debet eſſe ratio. Dicit Jac. ꝙ quedam ſunt ſeparata, ita ꝙ cōtraria: ⁊ tūc per vnum nō infertur ad aliud per eſſentiam, ſed per excluſionem: vt. l. ſed ⁊ ſi pupillus. §. ſi inſtitoria. de inſti. quedam autē diuerſa, ita quod non cōtraria: ⁊ iſtud ſe nullo modo habent inferre. Jaco. id eſt nec eſſentialiter, nec excluſiue.

¶Lex vndecima.

Sicut ceſſat. Donatio inter virum ⁊ vxorem non confirmatur ad agenduꝫ.

fructus. ⁊ Pet. de peru. in trac. Soci. par. ij. q. xv. Cel.
a ¶Tertio no. Quid in re legata, vide Bal. in. l. j. in ver. quero ſi teſtator pro te. j. cōmunia de le. ⁊ iſtam gl. hic pro ſing. in dote aliter. Roma. in. l. j. ff. ſolu. matri.
b ¶Arg. ꝙ quando. Vide qđ no. Bar. in. l. qui tabulas. ff. de fur. ⁊ in l. plures apochis. vbi Bal. ſ. de fide inſtrumen.
¶Vide hic quandā gl. in. l. defenſionis facultas. de iure fiſ. lib. x. que dicit idem in publico
c officiali: licet ſecus ſit in priuato officiali, vt hic in glo.
¶Procurator reſtituit. Nota ſi procurator reſtituit inſtrumenta dño, cōpellit dñs facere ſibi inſtrm de recepto, vel de reſignatione. qđ not. i officiali, qui reſignat libros ſucceſſori, ꝙ idem poſſit petere. ⁊ no. dignū. A. B.
¶Donationes. Vide Bar. hic.
¶Aditionem. No. ꝙ donatio inter virū ⁊ vxorem nō reqrit aditionē vide gl. i. l. poſt legatū. §. pe. alias ſi. ff. de his qb. vt indig. Ang. i. l. eā quā. C. de fideicō. ⁊ ibi Bal. A. B.
f ¶Reqrit mors. Et ꝙ nō requirat tenent gl. expreſſe in. l. cū hic ſtatus. §. oratio nō ſolū. in ver. voluntate. ff. eo. p hāc. l. ⁊ ſic cōtra iſtā gl. ⁊ viđ Bart. in. l. q ptio. ff. đ do. cau. mor.
g ¶Quicquid acqrit. No. ꝙ qcqd hꝫ vxor, pſumitur ex bonis mariti acqſiuiſſe. Idē in officiali. vide Bar. in l. defenſiōis facultas. preal. A. B.
h ¶Illicita. Vide bal. in. l. ij. ſ. e. ⁊ in l. iij. §. j. ⁊ in. l. cum hic ſtatus. §. ſi qs ſponſam. ⁊. §. ſi. ff. eo. per quaꝫ dicit Bal. in. l. eā quaꝫ. j. de fideic. ꝙ talis donatio non confirmatur morte. ⁊ idem dicit.
i ¶Niſi vxor. Viđ gl. ⁊ Bar. in. l. pro oneribus. ſ. de iure dot.
k ¶Clericus. Not. ꝙ lꝫ aliqs cōmittat delictū, pp qđ venit deponēdus ipſo facto, non dꝫ p vim ſpoliari, ſed cā cognita, viđ. d. Cardin. in. c. ij. de ſimo. vbi tꝫ hoc q̄ ibi dixi. vide Bal. l. ſi deſerta. C. ſi ob pu. penſit. ⁊ in. l. j. C. de inceſt. nupt. And. Barb.